



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Superstitionibus, Contra Maleficia Sev Sortilegia Qvae Hodie vigent in orbe terrarum

Arles y Andosilla, Martin de

Romæ, 1559

Quod maleficatus à daemónio impeditur ab actu coniugali secu[n]du[m]
petitione[m] sortilege[m] mulieris & malefic[a]e.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29941

Quod maleficatus à dæmonio impeditur ab actu coniugali secūdū petitionē sortilege mulieris & maleficę.

Dicit sanctus Bonaventura in .iiii. di. xxxiiii. ar. ii. q. ii. in responsione ultimi argumenti loquendo de impedimento matrimonii per maleficium dicit quod talis impeditus dæmonio impeditur quod absistit & se obicit secūdum petitionem sortilege mulieris & maleficę. Impetrante hoc merito infidelitatis sicut fides impetrat vt Deus adsistat ad facienda miracula ; sic sortitaria respectu personę determinate facit sortilegium ; quia diabolus in actu illo preesto est ; & tunc vel propria virtute ; vel per herbam ; vel per lapidem ; vel naturam occultam vim impedit ; ne in actum exeat non respectu alterius mulieris ; quia ad hoc inuitatus fuit ; aut quia Deus non permittit. Occultū enim Dei iudiciū hic latet ; sicut

TRACTATUS

patet in vxore Thobie ; hęc ille . Sed quare potestas maleficorū permittitur demonibus in actū generatiue potentię ; potius quam in aliis . Respondet sanctus Thomas in .iiii. dist. xxxiiii. ar. iiii. ad primum ; quia per eam peccatum originale transfunditur .

Quod herba & lapis & alia huiusmodi quibus vtitur malefica nullam vim habent ad effectum maleficii quantum est de se ; sed vtitur his maleficus tanquam signis patenti initi cū demone .

At tende tamen quod herba : vel lapis : vel alia huiusmodi nullam vim habent ad effectum malefici quantum est de se ; vt dicit sanctus Thomas .i. parte .q. cxv. ar. v. ad .iii. allegans Augustinū .xxi. de ciuitate Dei . quod demones alliciuntur per varia genera lapidū ; herbarū ; lignorū ; animalium ; car-